

SOMNIUM SCIPIONIS

I “Cum in Africam venissem M.’ Manilio consuli ad quartam 9
legionem tribunus, ut scitis, militum, nihil mihi fuit potius, quam ut
Masinissam convenirem regem, familiae nostrae iustis de causis
amicissimum. Ad quem ut veni, complexus me senex collacrimavit
aliquantoque post suspexit ad caelum et: ‘Grates’, inquit, ‘tibi ago, 5
summe Sol, vobisque, reliqui Caelites, quod, antequam ex hac vita
migro, conspicio in meo regno et his tectis P. Cornelium Scipionem,
cuius ego nomine ipso recreor; ita numquam ex animo meo discedit
illius optimi atque invictissimi viri memoria.’ Deinde ego illum de 10
suo regno, ille me de nostra re publica percontatus est, multisque
verbis ultro citroque habitis ille nobis consumptus est dies.

Post autem apparatu regio accepti sermonem in multam noctem 10
produximus, cum senex nihil nisi de Africano loqueretur omniaque

Van Cicero's *De Republica* was tot 1822 niet meer bekend dan een door Macrobius bewaard, hier afgedrukt fragment, het *Somnium Scipionis*.

9. 1. venissem: aan het woord is Scipio Aemilianus (185-129 vC), ook Scipio Africanus de Jongere genoemd. Hij verwoestte Carthago in 146 vC en leidde de senaatsoppositie tegen de hervormingen van de Gracchi. Was van de Scipionen een schoon- en adoptiefzoon. Zijn echte vader was Aemilius Paulus, die in de slag bij Pydna 168 Macedonië onder Romeins gezag plaatste. Het fictieve gesprek, waarvan Cicero in 54 vC verslag doet, vond plaats aan de vooravond van Scipio's dood in 129 vC. — **M' Manilio:** Manius Manilius belegerde Carthago zonder succes en moest daarom plaatsmaken voor zijn *tribunus militum*. — **consuli... tribunus:** ‘onderbevelhebber van de consul’; (schijnbare) uitzondering op de regel *substantivum regit substantivum in genitivo*; misschien kort voor *consuli tribunus designatus* o.i.d. **3. iustis de causis:** Massinissa had in de tweede Punische oorlog aanvallend Carthago, maar later de Romeinen gesteund. Zijn kleinzoon Iugurtha kwam weer tegen de Romeinen in opstand. **10. 1. apparatu:** hiermee wordt in deze context in de eerste plaats bedoeld de maaltijd, maar ook alles wat daar bij komt kijken. **apparatu regio accepti:** ‘met koninklijke praal ontvangen’, ‘met vorstelijke luister onthaald’, ‘<ons> een vorstelijk onthaal bereid was’. — **in multam noctem:** ‘tot diep in de nacht’.

eius non facta solum, sed etiam dicta meminisset. Deinde, ut cubitum discessimus, me et de via fessum, et qui ad multam noctem
 5 vigilassem, artior, quam solebat, somnus complexus est. Hic mihi – credo equidem ex hoc, quod eramus locuti; fit enim fere, ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet saepissime vigilans solebat cogitare et loqui – Africanus se ostendit ea forma, quae mihi ex
 10 imagine eius quam ex ipso erat notior; quem ubi agnovi, equidem cohorrui, sed ille: ‘Ades,’ inquit, ‘animo et omitte timorem, Scipio, et, quae dicam, trade memoriae!

11 Videsne illam urbem, quae parere populo Romano coacta per me renovat pristina bella nec potest quiescere?’ Ostendebat autem Carthaginem de excelso et pleno stellarum, illustri et claro quodam loco. ‘Ad quam tu oppugnandam nunc venis paene miles. Hanc hoc
 5 biennio consul evertes, eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium. Cum autem Carthaginem deleveris, triumphum egeris censorque fueris et obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam, deligere iterum consul absens bellumque

10.3. meminisset: ‘zich wist te herinneren’. — **cubitum:** supinum finale. **4. qui ad multam noctem vigilassem:** parallel aan *fessum* zo geformuleerd omdat het Latijn nu eenmaal geen actief participium perfecti heeft; *qui* staat voor *me ut qui*. **5. artior:** hier ‘vaster’, ‘dieper’. — **hic:** = hoc (in) somno. **6. fit enim fere ut:** ‘het gebeurt nogal eens dat’. **7. quale de Homero scribit Ennius:** Ennius, *Annales* 12-3 «*somno leni placidoque revinctus visus Homerus adesse poeta*». **10. quam ex ipso erat notior:** Scipio Minor was nog geen drie toen zijn adoptief-grootvader overleed. **11. ades... animo:** ‘let op!’. **12. trade memoriae:** ‘onthoud!’. **11.3. illustri et claro:** ‘vol luister en schittering’. **4. paene miles:** ‘bijna een gewoon soldaat’. In de ogen der Scipionen was tribunus een rang van niets. **5. per te partum:** ‘om eigen verdienste verworven’ — **partum... hereditarium:** in de ogen der ouden is zelf verworven roem een pluspunt, maar door eigen inspanning verdiend geld niet helemaal *comme il faut*. **7. censorque fueris:** 142 vC. — **obieris legatus Aegyptum:** ‘als gezant Egypte bezocht hebt’. **8. iterum consul:** 134 vC. **absens:** praedicatief. — **bellumque maximum conficies:** met de verovering door Scipio van het sinds 141 vC opstandige Numantia in 133 werd de onderwerping aan Rome van vrijwel geheel Spanje bezegeld.

maximum conficies, Numantiam excindes. Sed cum eris curru in Capitolium invectus, offendes rem publicam consiliis perturbatam 10 nepotis mei.

Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae lumen animi, ingenii 12 consiliique tui. Sed eius temporis ancipitem video quasi fatorum viam. Nam cum aetas tua septenos octiens solis anfractus reditusque converterit duoque hi numeri, quorum uterque plenus alter altera de causa habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint, in 5 te unum atque in tuum nomen se tota convertet civitas; te senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur; tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus, ac, ne multa, dictator rem publicam constituas oportet, si impias propinquorum manus effugeris.”

11. 10. offendes: dit woord, dat betekent ‘botsen op’, heeft hier een neutrale kleur: ‘terecht komen in’, ‘aantreffen’; in *malam partem* betekent het ook ‘aanstoot geven’, ‘beledigen’. Mijn aanvankelijke veronderstelling dat Scipio’s triumph (een ritueel met uitgesproken monarchale trekken) aanstoot gaf aan aanhangers van de republikeinse gedachte, kan in deze context niet juist zijn, daar Cicero die richting van harte was toegedaan en tegelijk van Scipio’s politiek een vurig bewonderaar was.

11. nepotis: bedoeld wordt Tiberius Gracchus, zoon van Cornelia, de dochter van de oudere Scipio, wiens landhervormingen de positie van de aristocratie ondermijnden.

12. 1. hic: hier: ‘op dat ogenblik’, ‘in die situatie’. — **animi ingenii consiliique:** ‘moed, inzicht en besluitvaardigheid’.

2. ancipitem... fatorum viam: afhankelijk van het lot zijn er twee uitkomsten: mislukking of succes; *anceps* ‘riskant’, ‘gevaarlijk’.

3. anfractus: doorgaans ‘kromming’, hier ‘kringloop’.

anfractus reditusque: = *annos*.

4. uterque plenus alter altera de causa: in de Pythagoreïsche getallenleer werden allerlei spitsvondige (maar ook willekeurige dus mallotige) argumenten aangevoerd ter ondersteuning van de stelling dat zowel 7 als 8 “volmaakte” getallen zijn.

5. summam: sc. *annorum*; rekenkundig niet een ‘som’, maar een ‘product’, vert. ‘aantal’.

— **fatalem:** ‘door het lot beschikt’, dus nog niet altijd wat wij ‘fataal’ noemen.

7. omnes boni: boni zijn alle Romeinen die geen behoefte hebben de positie van de in de senaat verenigde oude families aan te tasten.

8. ne multa: ‘kortom’.

— **constituas oportet:** = *oportet ut constituas*.

9. si... cum: van alle door zijn grootvader gedane “voorspellingen” kende Scipio op het tijdstip dat hij vertelt over zijn droom (129 vC) de afloop, behalve, zoals vanzelf spreekt, de afloop van de aanslag op zijn leven die hij zag aankomen. Scipio werd in 129 vC op het hoogtepunt van zijn geschil met de volkspartij, toen hij op het punt

10 Hic cum exclamasset Laelius ingemuissentque vehementius ceteri: “St! Quaeso”, inquit, “Ne me ex somno excitetis et parumper audite cetera!”

13 ‘Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publicam, sic habeto, omnibus, qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruuntur; nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, 5 quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae ‘civitates’ appellantur; harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur.’

14 Hic ego, etsi eram perterritus non tam mortis metu quam insidiarum a meis, quaesivi tamen, viveretne ipse et Paulus pater et alii, quos nos exstinctos arbitraremur. ‘Immo vero’, inquit, ‘hi vivunt, qui e corporum vinculis tamquam e carcere evolaverunt, vestra vero, 5 quae dicitur, vita mors est. Quin tu aspicias ad te venientem Paulum patrem?’ Quem ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi, ille autem me complexus atque osculans flere prohibebat.

stond wederom een leidende rol te gaan spelen, dood in bed gevonden. Er waren vele geruchten, maar wij weten niet met zekerheid of hij werd vermoord en nog minder door wie.

12. 10. Laelius: een van de deelnemers aan het fictieve gesprek van 129 vC.

11. quaeso... ne me excitetis: lett. ‘ik verzoek dat gij mij niet wekt’, vert. ‘alsjeblijft, maak mij niet wakker!’.

— **ne me ex somno excitetis:** een grapje van de spreker die immers niet droomt maar vertelt over een droom.

— **parumper:** ‘korte tijd’, ‘eventjes’, ‘nog even’.

12. cetera: ‘het vervolg’.

13. 1. alacrior: ‘meer gespitst op’.

— **tutandam:** *tutari* ‘handhaven’, ‘beschermen’.

— **sic habeto:** gevolgd door acc. c. inf. ‘je moet weten dat’.

3. certum esse in caelo definitum locum: *certum* is attributief bij *locum*; *esse definitum* is praedicaat; *certum locum* ‘een speciale plaats’.

— **aevo sempiterno:** = *vita aeterna*.

4. principi deo: *principi* hier niet genitief van *principium*, maar datief van *princeps*.

5. quod quidem in terris fiat: ‘voor zover er op aarde iets gebeurt’.

— **acceptius:** *acceptus* ‘welkom’, ‘aangenaam’.

— **concilia coetusque:** ‘vergaderingen en bijeenkomsten’.

14. 2. viveretne: een wonderlijke vraag aan een dode.

3. exstinctos: = *mortuos*.

immo vero: ‘zeer zeker’.

4. vestra: ≠ *tua*.

6. vim lacrimarum: ‘een stroom van tranen’.

Atque ut ego primum fletu represso loqui posse coepi: ‘Quaeso’, **15**
 inquam, ‘pater sanctissime atque optime, quoniam haec est vita, ut
 Africanum audio dicere, quid moror in terris? Quin huc ad vos
 venire propero?’ ‘Non est ita,’ inquit ille. ‘Nisi enim deus is, cuius
 hoc templum est omne, quod conspicis, istis te corporis custodiis **5**
 liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac
 lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo
 medium vides, quae terra dicitur, iisque animus datus est ex illis
 sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis, quae globosae et
 rotundae, divinis animatae mentibus, circulos suos orbesque confi- **10**
 ciunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinen-
 dus animus est in custodia corporis nec iniussu eius, a quo ille est
 vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum
 assignatum a deo defugisse videamini.

Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego, qui te genui, iustitiam **16**
 cole et pietatem, quae cum magna in parentibus et propinquis tum in
 patria maxima est; ea vita via est in caelum et in hunc coetum
 eorum, qui iam vixerunt et corpore laxati illum incolunt locum,
 quem vides.’ Erat autem is splendidissimo candore inter flammas **5**
 circus elucens. ‘Quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum

15. 1. ut... primum: ‘zodra’. **3. Africanum:** de beide Scipio’s gebruiken deze
 erenaam over en weer om elkaar aan te duiden of aan te spreken, maar niet conse-
 quent. — **quid moror:** = *cur moror*; wij zouden een con. dubit. verwachten.
4. non est ita: ‘dat is niet de bedoeling’. **5. hoc templum... omne:** ‘het heelal’.
corporis custodiis: ‘de kluisters van het lichaam’; *corporis* genit. subi.; *custodia*
(f), vaak plur. ‘bewaking’, ‘gevangenschap’. **6. aditus patere non potest:** m.a.w.
 voor zelfmoordenaars blijft de hemelpoort gesloten. **7. qui tuerentur:** ‘die zó zijn
 geschapen dat ze de blik gericht houden op’. **9. sidera et stellas:** ‘sterrenbeelden en
 sterren’. — **globosae et rotundae:** beide woorden betekenen ‘bolvormig’. **10. cir-
 culos... orbesque:** synoniem? misschien ‘omwenteling’ en ‘kringloop’. **16. 1. qui
 te genui:** gelijkstelling van adoptie met geboorte werd door de Romeinen wel heel
 letterlijk opgevat. Hetzelfde gebeurt in het NT dat begint met de genealogie van
 Joseph ofschoon deze volgens hetzelfde NT niet de biologische vader van Jezus
 was; cf. Matt. 1.1-25. **2. magna... maxima:** ‘belangrijk... van het grootste ge-
 wicht’. **6. circus elucens:** ‘lichtkring’. — **orbem lacteum:** ‘de melkweg’.

nuncupatis.’ Ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur. Erant autem eae stellae, quas numquam ex hoc loco vidimus, et eae magnitudines omnium, quas esse numquam
 10 suspicati sumus; ex quibus erat ea minima, quae ultima a caelo, citima a terris luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant. Iam ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, paeniteret.

17 Quam cum magis intuerer: ‘Quaeso,’ inquit Africanus, ‘quousque **IV**
 humi defixa tua mens erit? Nonne aspicias, quae in templa veneris? Novem tibi orbibus vel potius globis conexas sunt omnia, quorum unus est caelestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, sum-
 5 mus ipse deus arcens et continens ceteros; in quo sunt infixi illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni. Cui subiecti sunt septem, qui versantur retro contrario motu atque caelum. Ex quibus summum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. Deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor, qui dicitur Iovis;
 10 tum rutilus horribilibusque terris, quem Martium dicitis; deinde subter mediam fere regionem Sol obtinet, dux et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio, tanta magnitudine,

16. 7. nuncupatis: ‘gij noemt’; *nuncupare* ‘uitspreken’, ‘aanroepen’, (be-)noemen; een plechtig woord uit het hoge register. — **cetera:** kan net als ἀλλός proleptisch gebruikt worden; wij kunnen niet “andere roofdieren en wolven” i.p.v. “wolven en andere roofdieren” zeggen; in het Grieks en Latijn is dit geen enkel probleem.

8. erant autem eae stellae: ‘er waren daar sterren’. — **ex hoc loco:** = *a terris*.

9. eae magnitudines omnium quas: = *omnes stellae tanta magnitudine (17. 12), quam*.

11. luce lucebat aliena: bedoeld wordt de maan, waarvan men het schijnsel, de omvang en de afstand al opmerkelijk goed begreep. — **globi:** = *globorum magnitudines*.

13. quo: antecedent *imperii*. — **quo quasi punctum eius attingimus:** ‘waarmee we maar een punt ervan bestrijken’. — **eius:** sc. *terrae*.

17. 1. quam: sc. *terram*. **4. extimus:** ‘de buitenste’. — **summus ipse deus:** eerder (13. 4) *princeps deus* genoemd, door de stoïci volledig geïdentificeerd met de omvattende buitenste wereldschil.

5. arcens: ‘op hun plaats houdend’. **6. cui:** sc. *globo extimo*. **8. Saturniam:** sc. *stellam* ‘Saturnus’. — **deinde est:** ‘daarna komt’.

10. deinde subter: ‘direct daaronder’.

ut cuncta sua luce lustret et compleat. Hunc ut comites consequuntur Veneris alter, alter Mercurii cursus, in infimoque orbe Luna radii solis accensa convertitur. Infra autem iam nihil est nisi mortale et 15 caducum praeter animos munere deorum hominum generi datos; supra Lunam sunt aeterna omnia. Nam ea, quae est media et nona, Tellus, neque movetur et infima est, et in eam feruntur omnia nutu suo pondera.’

V Quae cum intuerer stupens, ut me recepi: ‘Quid hic?’ inquam, **18** ‘quis est, qui complet aures, tantus et tam dulcis sonus?’ ‘Hic est,’ inquit, ‘ille, qui intervallis disiunctus imparibus, sed tamen pro rata parte distinctis, impulsu et motu ipsorum orbium efficitur et acuta cum gravibus temperans varios aequabiliter concentus efficit; nec 5 enim silentio tanti motus incitari possunt, et natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent. Quam ob causam summus ille caeli stellifer cursus, cuius conversio est concitator, acuto et excitato movetur sono, gravissimo autem hic lunaris atque infimus; nam terra nona immobilis manens una sede semper 10 haeret complexa medium mundi locum. Illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum, septem efficiunt distinctos intervallis

17. 15. infra: sc. *Lunam*; ‘in het ondermaanse’. Dat deze Nederlandse uitdrukking aan deze Cicero-plaats is ontleend, verzuimen de Nederlandse woordenboeken te vermelden. **18. omnia... pondera:** ‘alles wat gewicht heeft’. — **nutu suo:** ‘door de zwaartekracht’; de voorstelling is dat op de aarde, die de binnenste werelddbol vormt, alles wat gewicht heeft (en vergankelijk is en minderwaardig) terecht komt als op een mestvaalt, terwijl wat licht is opstijgt en hoe fijner en verhevener en geestelijker hoe hoger. **18. 1. recepi:** ook in enigszins ouderwets Nederlands spreekt men van ‘zich hernemen’ en ‘zich hervatten’. **4. acuta cum gravibus temperans:** ‘hoog en laag met elkaar in evenwicht brengend’; een hoge toon wordt *acutus*, een lage toon *gravis* genoemd. **5. varios aequabiliter concentus efficit:** ‘brengt harmonisch verschillende accoorden tot stand’. **6. motus incitari possunt:** ‘bewegingen kunnen worden opgewekt’. **9. excitato... sono:** ‘scherpe klank’. **gravissimo:** sc. *sono*. — **hic lunaris atque infimus:** vul aan *globus sonat*. **11. complexa medium mundi locum:** ‘het middelpunt van het heelal omvattend’. **12. eadem vis est duorum:** de beide (naar antieke opvatting) satellieten van de zon: Venus en Mercurius. — **septem efficiunt distinctos intervallis sonos:** het octaaf

sonos, qui numerus rerum omnium fere nodus est; quod docti homines nervis imitati atque cantibus aperuerunt sibi reditum in hunc locum, sicut alii, qui praestantibus ingeniis in vita humana divina studia coluerunt.

19 Hoc sonitu oppletae aures hominum absurduerunt; nec est ullus hebetior sensus in vobis, sicut, ubi Nilus ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altissimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret.

5 Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conversione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint, sicut intueri solem adversum nequitis, eiusque radiis acies vestra sensusque vincitur.?

Haec ego admirans referebam tamen oculos ad terram identidem.

omvat zeven klanken, want de achtste is gelijk aan de eerste, zij het op een hoger niveau.

18. 13. qui numerus rerum omnium fere nodus est: het getal zeven zou dus het getal zijn dat aan elke samenhang ten grondslag ligt, dat alles aan elkaar knoopt, de sleutel tot elk begrijpen. **14. homines nervis imitati:** sc. *sunt*; voor de antieken bestond het wezen van de kunst uit nabootsing van de natuur, voor de modernen, sinds de romantiek, uit creatie. De antieke gedachte leeft voort in het opschrift boven de ingang van de Amsterdamse dierentuin *Artis Naturae Magistra*, een vrije weergave van Seneca's *omnis ars est imitatio naturae*, Epist. 65.3. — **aperuerunt sibi reditum in hunc locum:** d.w.z. hebben toegang tot de hemel gekregen. **15. praestantibus ingeniis:** 'met grote scherpzinnigheid'. — **vita humana divina studia:** het chiasme benadrukt het contrast. — **divina studia:** = *studia divinitatis* 'theologie'. **19. 2. Catadupa:** 'waterval'; wrsch. plur. tantum en wrsch. wordt de eerste (eigenlijk de laatste) cataract bedoeld, de waterval in de Nijl op de grens van Egypte en Nubië, cf. Hdt. 2.17. **5. incitatissima conversione:** 'door omwenteling op zeer hoge snelheid', verklaart *tantus*. **6. sicut:** na de vergelijking met verdooving door het lawaai van een waterval (*sicut* in 19.2) volgt de vergelijking met verblinding door het felle licht van de zon, maar geen van beide vergelijkingen maakt duidelijk waarom we de muziek der sferen niet kunnen horen, terwijl de enig juiste verklaring tamelijk voor de hand ligt. — **adversum:** hier adjectief (cf. 21. 5); het part. perf. pass. *adversus* / *adversum* heeft zich elders ook tot adverbium en praepositie ontwikkeld. **7. nequitis:** de vervoeging van *nequeo*, *nequire* gaat als die van *eo*, *ire*. — **acies... sensusque:** = *oculorum visus*; hendiadys of pleonasme. **8. haec ego admirans:** concessief; *haec* staat niet voor *haec verba* of *haec dicta*, maar voor

VI Tum Africanus: ‘Sentio,’ inquit, ‘te sedem etiam nunc hominum ac **20**
domum contemplari; quae si tibi parva, ut est, ita videtur, haec
caelestia semper spectato, illa humana contemnito! Tu enim quam
celebritatem sermonis hominum aut quam expetendam consequi
gloriam potes? Vides habitari in terra raris et angustis in locis et in **5**
ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas
eosque, qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse, ut nihil
inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos,
partim transversos, partim etiam adversos stare vobis; a quibus
exspectare gloriam certe nullam potestis. **10**

Cernis autem eandem terram quasi quibusdam redimitam et **21**
circumdatam cingulis, e quibus duos maxime inter se diversos et
caeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina

haec caelestia, d.w.z. zon, maan en sterren. — **referebam tamen oculos ad terram**: spreker bevindt zich nog steeds in de hemel. — **identidem**: ‘steeds weer’.

20. 1. sentio: = *video*. **2. domum**: sc. *hominum*, niet *tuam*. **3. spectato... contemnito**: deze vormen van de imp. sing. kunnen zowel voor de 2de als voor de 3de persoon gebruikt worden. **4. sermonis hominum**: = *ex ore hominum*. — **expetendam**: ‘nastrevenswaardig’. — **consequi gloriam**: hierbij nog steeds *sermonis hominum* te denken. **5. vides habitari in terra**: = *vides terram habitatam esse*. **7. ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit**: ‘zodat onderling verkeer (communicatie) onmogelijk is’. **8. manare**: eig. ‘vloeiën’, het woord bij uitsteking voor de verbreiding van de faam. — **obliquos**: eig. ‘scheef’, hier ‘wonend in een andere klimaatzone op hetzelfde halfrond’. **9. transversos**: eig. ‘dwars’, hier ‘wonend in dezelfde klimaatzone op het andere halfrond’. — **adversos**: eig. ‘omgekeerd’, hier ‘wonend in een andere klimaatzone op het andere halfrond’.

21. 1. eandem terram: ‘uiterekend de aarde’. — **redimitam et circumdatam**: ‘omwonden’; beide woorden zijn zo goed als synoniem. **2. cingulis**: = *zonis* ‘gordels’, ‘zones’. — **duos**: sc. *cingulos*. — **inter se diversos**: = *maximo spatio interiecto*. **3. caeli verticibus**: = *caeli cardinibus*; de polen waren in de antieke voorstelling niet slechts draaipunten waardoor men zich een as kan denken, maar waardoor daadwerkelijk een fysieke as liep, die aan weerskanten van de aardbol als een zeer hoge paal, waarop het hemelgewelf rustte, naar buiten stak. — **ex utraque parte**: sc. *terrae*, ‘aan weerskanten van de aarde’. — **subnixos**: ‘steunend op’, ‘leunend tegen’. — **obriguisse**: Gr. *παγῆναι*; *obrigesco* ‘verstijven’, ‘bevrozen’. **pruina**: eig. ‘rijp’, vandaar ‘ijzige koude’, ‘strengte vorst’.

- vides, medium autem illum et maximum solis ardore torreri. Duo
 5 sunt habitabiles, quorum australis ille, in quo, qui insistunt, adversa
 vobis urgent vestigia, nihil ad vestrum genus; hic autem alter subiec-
 tus aquiloni, quem incolitis, cerne quam tenui vos parte contingat!
 Omnis enim terra, quae colitur a vobis, angustata verticibus, lateri-
 bus latior, parva quaedam insula est circumfusa illo mari, quod
 10 ‘Atlanticum’, quod ‘magnum’, quem ‘Oceanum’ appellatis in terris;
 qui tamen tanto nomine quam sit parvus, vides.
- 22** Ex his ipsis cultis notisque terris num aut tuum aut cuiusquam
 nostrum nomen vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere
 potuit vel illum Gangem tranatare? Quis in reliquis orientis aut
 obeuntis solis ultimis aut aquilonis austrive partibus tuum nomen
 5 audiet? Quibus amputatis cernis profecto, quantis in angustiis vestra
 se gloria dilatari velit. Ipsi autem, qui de nobis loquuntur, quam
 loquentur diu?
- 23** Quin etiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps **VII**
 laudes unius cuiusque nostrum a patribus acceptas posteris prodere,

21. 4. maximum: sc. *cingulum*. — **duo sunt habitabiles:** is niet alleen in strijd met de feiten, maar ook met het voorafgaande: de *obliqui* en de *adversi* (20. 9) wonen immers buiten de twee gematigde zones. **6. nihil ad vestrum genus:** = *nihil est commune est cum vestro genere*. **7. tenui... parte:** sc. *terrae*. **8. terra... angustata verticibus:** lett. ‘de aarde wordt in het nauw gebracht door de polen’, vert. ‘naar de polen toe wordt de aarde steeds smaller’, d.w.z. de afstand tussen twee meridianen is aan de evenaar het grootst en op de pool 0,0. — **a vobis:** ‘door jullie, Romeinen’, in welk geval *omnis terra* betekent ‘al het land’, of ‘door jullie, mensen’, in welk geval *omnis terra* betekent ‘heel de aarde’; de meeste edd. kiezen het eerste, ik het tweede. **10. quem:** het relativum heeft zich hier niet gericht naar het antecedent (*mare*) maar naar *Oceanum* (*m*). — **appellatis in terris:** = *vocatis vos, homines terras incolentes / habitantes*. **11. tanto nomine:** = *cum ei nomen sit tantum* ‘zijn weidse naam ten spijt’. **22. 1. cultis notisque:** ‘beschaafd en bekend’. **2. nostrum:** = *nostrorum*; gen.part. **3. tranatare:** gewaagde personificatie. **4. obeuntis solis:** = *occidentis solis*. **5. quibus amputatis cernis profecto:** ‘als je die weglaat begrijp je precies...’ — **amputatis:** *amputare* lett. ‘wegnijden’. **6. dilatari velit:** ‘zich breed wil maken’. **23. 1. deinceps:** ‘op zijn beurt’.

tamen propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo [non] aeternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus. Quid autem interest ab iis, 5 qui postea nascentur, sermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit, qui ante nati sunt – qui nec pauciores et certe meliores fuerunt viri – 24 praesertim cum apud eos ipsos, a quibus audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni memoriam consequi possit. Homines enim populariter annum tantummodo solis, id est unius astri, reditu metiuntur; cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra 5 redierint eandemque totius caeli discriptionem longis intervallis rettulerint, tum ille vere vertens annus appellari potest; in quo vix dicere audeo, quam multa hominum saecula teneantur. Namque ut olim deficere sol hominibus exstinguique visus est, cum Romuli animus haec ipsa in templa penetravit, quandoque ab eadem parte 10 sol eodemque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad principium stellisque revocatis expletum annum habeto; cuius

23. 4 non² secl. Mueller.

23. 3. eluviones exustionesque: daarbij denke men aan de Stoïsche theorie van een eeuwige kringloop van steeds een ἐκπύρωσις (wereldbrand), gevolgd door een διακόσ ησις (een nieuwe ordening van het heelal); tussendoor wordt periodiek het leven op aarde weggespoeld door een κατακλυσ ός (zondvloed); de Stoa ontleende deze voorstellingen aan Orphisch-Pythagoreïsche mystiek. **4. non modo non:** onze logica botst hier met het Latijnse idioom: het tweede non wordt als postklassiek insluipfel door de meeste edd. terecht geschrapt. **6. nullus:** sc. *nullus sermo de te*. **24. 1. pauciores:** hier ‘minder in aantal’; elders wordt het ook gebruikt voor het soort mensen waarvan er maar weinig zijn: οί παῦροι, dat zijn niet ‘de geringen’ maar juist de ἀριστήεις. **3. memoriam consequi:** ‘zich iets herinneren’, ‘een herinnering levend houden’. **4. populariter:** ‘in doorsnee’. **5. ad idem:** = *ad eundem locum*. **6. caeli discriptionem:** ‘hemelconstellatie’. **7. tum...vere... appellari potest:** ‘pas dán kan men werkelijk spreken van...’ — **vertens annus:** ‘jaarkring’. **8. hominum saecula:** ‘generaties’. **10. quandoque:** ‘steeds wanneer’. **ab eadem parte:** ‘aan dezelfde kant’ (b.v. in het zuid-westen). **11. eodemque tempore:** ‘op dezelfde datum en op hetzelfde tijdstip’. — **ad principium:** ‘op hun uitgangspositie’.

quidem anni nondum vicesimam partem scito esse conversam.

25 Quocirca si reditum in hunc locum desperaveris, in quo omnia sunt magnis et praestantibus viris, quanti tandem est ista hominum gloria, quae pertinere vix ad unius anni partem exiguam potest? Igitur, alte spectare si voles atque hanc sedem et aeternam domum
5 contueri, neque te sermonibus vulgi dederis nec in praemiis humanis spem posueris rerum tuarum! Suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus; quid de te alii loquantur, ipsi videant! Sed loquentur tamen; sermo autem omnis ille et angustiis cingitur iis regionum, quas vides, nec umquam de ullo perennis fuit et obruitur
10 hominum interitu et oblivione posteritatis exstinguitur.’

26 Quae cum dixisset: ‘Ego vero,’ inquam, ‘Africane, si quidem bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet, quamquam a pueritia vestigiis ingressus patris et tuis decori vestro non defui, nunc tamen tanto praemio exposito enitar multo vigilantius.’ Et ille:
5 ‘Tu vero enitere et sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc; nec enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest. Deum te

VIII

25. 5 dederis Halm : dedideris MSS.

24. 13. quidem: ‘evenwel’. — **vicesimam partem:** vermoedelijk stelde Cicero het wereldjaar overeenkomstig de leer van Zoroaster op 1200 jaar; de tijd tussen de apotheose van Romulus en de fictieve datum van Scipio’s droom was daarvan ongeveer een twintigste. **25. 1. hunc locum:** = *hoc templum caeleste*. — **in quo omnia sunt:** ‘wat van het hoogste belang is voor...’ **5. neque... dederis:** conj. perf., potentialis v.h. heden. **7. decus:** wat in de nieuwste social media ‘kudos’ – κῦδος – wordt genoemd. **8. ille:** ‘daar’; de oude Scipio wijst naar de aarde. **9. de ullo:** = *de quocumque*. **26. 1. si quidem:** 1. als inderdaad*; 2. aangezien. **2. bene meritis de patria:** ‘voor hen die zich verdienstelijk hebben gemaakt voor het vaderland’. — **limes ad caeli aditum:** ‘de weg naar de hemelpoort’. **3. non defui:** lett. ‘niet heb ontbroken’, ‘niet ben te kort geschoten’; vert. ‘heb bijgedragen aan’. **5. sic habeto:** ‘wees er van overtuigd’. — **hoc:** hier voor *tuum*. **6. quem:** antecedent is *is* dat fungeert als praedicaatsnomen. — **forma ista declarat:** = *corpus tuum ostendit*. — **is est quisque:** ‘die is de persoon / het individu’, ‘dat is waarom het gaat’; *is* slaat op *mens (f)*, maar richt zich in geslacht naar *quisque*.

igitur scito esse, si quidem est deus, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus, cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps deus, et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet. 10

Nam quod semper movetur, aeternum est. Quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur, quod sese movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit. Quin etiam ceteris, quae moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Principii autem nulla est origo; nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest; nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Quodsi numquam oritur, ne occidit quidem umquam. Nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur nec ex se aliud creabit, si quidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur. Id autem nec nasci potest nec mori; vel concidat omne caelum omnisque natura et consistat necesse est nec vim ullam nanciscatur, qua a primo impulsam moveatur. 10

IX Cum pateat igitur aeternum id esse, quod a se ipso moveatur, quis **28** est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne, quod pulsus agitur externo; quod autem est animal, id

26. 8. est deus qui viget: *qui viget* is subject, *deus* is praedicaatsnomen. **9. tam... quam:** zoals de wereld als geheel door god wordt geleid, wordt de mens geleid door zijn ziel; de ziel is dus een god op kleine schaal. **11. ex quadam parte:** ‘in zekere zin’. — **fragile... sempiternus:** varieert *mortalem... aeternus*. **27. 1. movetur:** = *se ipse movet*. **2. affert alicui:** ‘ontleent aan iets of iemand anders’. — **quando:** = *quandocumque*. **4. deseritur:** *desero* ‘in de steek laten’. **6. principii... origo:** cf. Gen. 1.1 en Joh. 1.1. **7. ipsum:** sc. *principium*. **11. motus:** genit. **13. concidat:** deze en alle volgende coniunctivi in deze zin hangen af van *necesse est*, waarbij zoals vaak de conjunctie *ut* wordt weggelaten. — **consistat:** ‘tot stilstand komt’. **14. nanciscatur:** ‘verkrijgt’. — **a primo:** ‘opnieuw’. **28. 2. animis:** masc. cf. 28.4. **3. animal:** ‘bezielde / levend wezen’.

motu cietur interno et suo; nam haec est propria natura animi atque
 5 vis. Quae si est una ex omnibus, quae sese moveat, neque nata certe
 est et aeterna est.

29 Hanc tu exerce optimis in rebus! Sunt autem optimae curae de
 salute patriae; quibus agitatus et exercitatus animus velocius in hanc
 sedem et domum suam pervolabit; idque ocius faciet, si iam tum,
 cum erit inclusus in corpore, eminebit foras et ea, quae extra erunt,
 5 contemplans quam maxime se a corpore abstrahet. Namque eorum
 animi, qui se corporis voluptatibus dederunt earumque se quasi
 ministros praebuerunt impulsuque libidinum voluptatibus oboedien-
 tium deorum et hominum iura violaverunt, corporibus elapsi circum
 terram ipsam volutantur nec hunc in locum nisi multis exagitati
 10 saeculis revertuntur.’
 Ille discessit; ego somno solutus sum.”

28. 4. **natura animi atque vis**: ‘het natuurlijk vermogen van de ziel’; het zoveelste voorbeeld van Cicero’s voorliefde voor hendiadys en andere vormen van verbale abundantie, immers *natura et vis* staan samen voor het Griekse φύσις, *natura animi atque vis* staan samen voor *animus*. 5. **quae**¹: het antecedent is *natura animi atque vis*. — **una ex omnibus**: ‘de enige’. 29. 1. **hanc**: zie noot op quae 28. 5. — **sunt autem optimae curae**: = *optimae res sunt autem curae*. 2. **agitatus**: ‘bezig gehouden’, ‘in (heftige) beweging gebracht’, ‘opgejaagd’; gaat maar net iets minder ver dan *exagitatus* ‘geteisterd’, ‘gekweld’ in 29. 9. — **velocius**: sc. *quam fieri solet*. 3. **sedem et domum**: cf. noot op *natura animi atque vis* in 28. 4 — **pervolabit**: de ziel kan vliegen als een vogel. 5. **abstrahet**: = *disiunget*. 7. **libidinum voluptatibus oboedientium**: betekent *libido* ‘wellustig h a n d e l e n’ en *voluptas* ‘wellustig b e g e r e n’? Nee, er had dus, los van het klankeffect, even goed kunnen staan *voluptatum libidinibus oboedientium*; cf. noot op *natura animi atque vis* in 28. 4 8. **circum terram ipsam**: ‘rondom de aarde, op korte afstand’; ipsam geeft aan dat de baan om de aarde voor de zielen der zondaars niet op grote hoogte maar vlak boven het aardoppervlak moet worden gedacht. 9. **hunc in locum**: = *hoc in templum caeleste*. — **multis exagitati saeculis**: ‘na vele eeuwen rusteloos rondgedreven te zijn’; daarbij denke men niet aan (een reeks) reïncarnatie(s) waarin men weer een nieuwe kans krijgt, maar aan een loutering door lijden als in een purgatorium; hoe dan ook, voor iedereen blijft er hoop. 11. **somno solutus sum**: = *experrectus sum*.
